



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XXVI. Roman d[e]cursus aquarum. An Dominus fundi, in quem aqua
aliunde profluens ingreditur, dicatur ejusdem aquæ Dominus, istamque
possit pro ejus libito à consueto cursu divertere in ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](#)

& DD. in cap. cum tu de testib. Farinac. quæst. 65. n.
70. Buratt. & add. decis. 430. benè dec. 133. & 197. p.
7. rec. & quotidiæ.

Dum autem hæc disputabantur, mihi ignota erat illa facti circumstantia, quod dictum opus manufactum cave doni, deferviret solum pro usu fundi inferioris, & ad effectum ducendi aquam prædictam, sed credebam quod serviret etiam pro usu & irrigatione ipsius fundi superioris, unde propterè dicebam, etiam cum sensu veritatis, præmissa non obstat, quoniam dicta conclusio de opere manufacto probante servitatem, procedit, quando opus manufactum constructum est per Dominum fundi inferioris Dominantis, in fundo superiori serviente, ad solum effectum sui usus, scù curfus aquæ, eò quia est alias omnino improbatum ut Dominus fundi superioris permittere voluisse, quod alter in suo edificaret, ut ceteris allegatis bene habetur apud Ciriaco. contr. 110. n. 60. & contr. 311. n. 62. unde quando opus manufactum constructum est per ipsum Dominum fundi superioris principaliter ad usum proprii, tunc nihil refert, ut alter vicinus ex eodem opere manufacto aquam exuberantem obtineat, quoniam urgat eadem ratio facultatis & precari super eo quod ut potè proprium usum excedens de facili negligitur, ac alteri conceditur, atque in hoc satis insistebam; Verum motu tollebatur ex facto, quoniam dictum opus non deferviebat, nisi pro usu dicti fundi inferioris, pro quo constructum erat, atque stante hac circumstantia, iustam benèque fundatam credidi resolutionem.

Fortius vero quia deducebatur etiam titulus ex quadam instrumento celebrato de anno 1588. per quod Dosij Domini canalis, & hujus etiam partis auctores, cum enunciativa antiqui usus concidunt 8 Trofignano auctori istorum de Floravantibus communitatem ducendi aquam per quamdam clavicam, unde propterè ubi titulus adest, ad illum potius referenda est possessio prædictim diuturna, quam ad facultatem ad not. in l. 2. C. de acquin. poss. Menoch. lib. 5. præsumpe. 87. Greg. & add. dec. 92. Buratt. & add. dec. 169. & 614. apud quos caserit.

Et licet dictum instrumentum percuteret quamdam aliam clavicam, non autem istam, Septimam nuncupatam, quam Angelelli docebant per eos moderno tempore constructam esse de anno 1638. & sic longè post instrumentum prædictum, quod illam percute non potest, attamen stante longè usu annorum circiter 30. in quo aquæ ductæ erant per istam modernam clavicam, ita etiam clara videbatur resultare probatio, quod ad majorem communitatem utriusque, principaliter autem Domini fundi superioris facientis, dicta nova clavica constructa esset immutando solum locum aquæ ducendæ, quæ immutatio non alterat substantiam consistentem in ipsa aqua, sive per unum, sive per alterum canale obtinenda, præcipuum vero, ac inevitabilis punctus difficultatis consistebat in dicta circumstantia operis manufacti ad alium usum non defervientis, nisi illum dicti prædicti inferioris, unde propterè mea sententia erat, quod hæc pars acquiesceret, tentare autem voluit novæ disputationis aleam, sed proposita causa sub die 20. Februario 1669. coram eodem Priolo perfidum fuit in decisis, Adhuc tamen hujus partis defensores de facto melius informati dicebant procedi cum equivoco in facto, cuius potius quam juris est quæstio, quoniam cavedonus constructus erat, quando per sextam clavicam ducebatur

tota aqua communis, ideoque non obstabat postquam immutatus fuit rerum status, & Angelelli per septimam clavicam novam ducebant solum eorum medietatem.

R O M A N A DECURSUS AQVARVM

P R O
FRATRIBUS DE COMITIBUS
C U M
LAZARO GHINASIO.

Casus disputatus coram Camerario & Aedilibus cum incerto existit.

An Dominus fundi, in quem aqua aliunde profluens ingreditur, dicatur ejusdem aquæ Dominus, illamque possit pro cœsus libito à consueto cursu divertere in præjudicium vicini habentis fundum inferiorem.

S U M M A R I U M

- 1 F Acti series.
- 2 Aqua oriens alibi eo ipso quod ingreditur fundum dicatur illius Domini, & divertere potest.
- 3 Sententia late super usu aquæ sunt attendenda.
- 4 Decursus aquæ jure naturali & facultatis non inducit servitatem, nec impedit diversionem.
- 5 Quando ex opere non facto resultes probatio, vel acquisitionis servitatis.
- 6 Declaratur conclusio de facultate divertendi aquam pro libito.
- 7 De differentia inter prescriptionem & consuetudinem, & quando dicatur consuetudo.

D I S C . XXVI.

A Qua proveniens à Casaliilorum de Matthæo, is decurrit subtus pontem existentem in via a quo immediate ingreditur quoddam fossatum nuncupatum magnum seu Magistrum annexum vineæ & arundinetis alias illorum de Mandolis nunc de Comitibus, à quo fossato ejus naturali cursu profluere solita est in quadam cannera & alia prædia inferiora aliorum, Cumque prafati de Comitibus dictam aquam ad quoddam alios usus divertere vellent, fe opponentibus vicinis, & introducta causa coram Magistris viarum scribens pro Comitibus injustam credebam oppositionem.

Quia licet aqua non scaturiat in fundo, sed aliunde proveniat, eò tamen ipso, quod ingreditur fossatum magnum, quod ex tribus sententias conformibus iam cum legitimis contradictoribus emanatis præsupponendum erat de privato domino eorumde de Comitibus tanquam ejusdem fundi pars seu membrum, transire dicatur in fundi Dominum, qui de illa tanquam de re sua libere disponere

re valer juxta text. expessum in l. i. s. illud labo
g. de aqua quotid. & astiva, & firmant Bart. in l.
2. ff. de fluminibus n. 25. Dec. cons. 243. num. 3. &
7. bene Handed. cons. 79. num. 19. lib. 1. Thesaur.
dec. 245. num. 2. de Marin. resol. 16. num. 8. lib.
1. Ciriaco. controu. 310. num. 140. & seqq. Greg.
dec. 133. num. 5. ubi adden. num. 7. Inanis enim
fuisse jam acta controversia, quam cum magno
labore & sumptu per tres conformes terminare or-
pus fuit super privato Domino dicti fossati alijs
usibus inutili, nisi exinde hic effectus resularet,
quod aquam in illud egredientem utpote effecta de
dominio ejus, cuius est fossatum, possit Dominus
suo libito alijs usibus sibi proficuus, ita ut cest ob-
jectum emulationis applicare; Quodq; sententiae
lata super aquarum uisu satis attendenda sint, habe-
tur in specie apud Ciriaco. controu. 311. n. 8.

Et quamvis opponeretur de antiqua consuetu-
dine, per quam aqua ex dicto fossato in inferiora
prædia decurrere solita est, facilis tamè erat re-
plicatio, quod nisi per oppositores doceretur di-
ctum cursum fuisse jure servitutis, ille naturalis, &
jure facultatis nullum jus tribuit ad text. in l. Pro-
enius ff. de danno infecto cum concordan. per The-
saur. dicta dec. 245. num. 3. & 4. de Marin. dicta
resol. 16. Ciriaco. dicta controu. 310. num. 156. Ros.
dec. 164. num. 1. par. 2. divers. Melevitana decur-
sus aquarum 21. Ianuarij. 1656. Mollio, & habe-
tur in alijs hoc tis. sapientia deducendum.

Pro servitute allegabatur existentia cujusdam
Ponticelli, quem tanquam opus manufactum illam
ostendere dicebatur sed adhuc facilis erat replica-
tio. Tum quia in facto, ex hac parte dicebatur Ponti-
cellum prædictum costructum esse in via publi-
ca ad effectum recipiendi aquas ab eadem via flu-
entes & sic ad diversum effectum. Tum quia ut
opus manufactum servitutem inducat, opus est ut per
Dominum fundi inferioris servitutem, prætententem
illud constructum, vel refectum, & conservatum do-
ceatur in fundo superiori, in quo servitus quasita
prætenditur, efficacem presumptionem exinde re-
sultantem, non esse scilicet verisimile, quod Do-
minus fundi superiori permisisset ab alio in ejus bo-
nis dicti operis constructionem vel refectionem
fieri, nisi jus servitutis adflet, ut dis. præced. qua
ratione cessante, nulla subest ratio, quæ suadeat,
ut ex opere manufacto in partibus inferioribus pro-
cursum aquæ, postquam è prædio superiori egressa
est, deduci possit servitus, quia nihil interest Do-
mino fundi superiori, postquam aqua de isto e-
gressa fuit per inferiores vicinos diverti, vel cum
cursum naturali vel cum opere manufacto.

Cum sensu tamè veritatis dixi, decisionem
pendere ab inspectione & qualitate loci, & frequen-
tia canctorum, seu prædiorum, quibus aqua us-
sus omnino sit necessarius; Si enim prædiorum qua-
litas talis est, quod generaliter in ea contrata ad di-
ctos usus cum hujus aquæ præsupposito confor-
ta sint, itatù non de iniuria vel duorum privatorum
tantum præjudicio ageretur, sed plurium in ea
contrata bona possidentium, præterita observan-
tia satis deferendum est.

Nequè cum premisis rigorosis conclusionibus
procedendum est, cum illæ rectè locum sibi vendi-
cent, quoties agitur de privata præscriptione,
qua in jure reputatur odiosa, secus autem ubi de
consuetudine reputata favorabili; Hæc enim est
nota differentia inter consuetudinem & præscrip-
tionem ex collectis per adden. dec. 20. par. 3. recent.
7. num. 1. & seqq. quod ita respicit solum jus seu in-

teresse privatum, illa vero jus publicum, quale in
proposito dicendum venit non solum illud, quod
concernit universum populum seu Communita-
tem, sed etiam ubi concernit interesse alicuius vi-
cinitate seu contrata, quia & illa dicitur Universitas
tanquam plurius personarum collectio. Credo
tamen controversiam cum honesto amicabili tem-
peramento sotpam esse.

SUTRINA AQUAE

P R O

DAMASO PETRUVCCIO

Casus disputatus coram. A. C.

Quando Dominus fundi, in quo aqua na-
scitur possit illam à consueto cursu diver-
tere in præjudicium vicinorum.
Et de officio judicis competente pro conce-
sione usus aquæ, vel alterius servitutis o-
tiam invito Domino.

S U M M A R I V M.

- 1 F Acti series.
- 2 Quando opus manufactum inducat usum
aqua jure servitutis, & quæcum effectum
operetur.
- 3 In his materijs non datur extensio de re ad rem.
- 4 Deservitute necessaria, quam quis oblato pretio
pati debet in re sibi superflua & alteri ne-
cessaria.
- 5 Quando disputatur de servitute, quæ ubi etiam
acquisita non esset, adhuc oblato pretio præ-
stari deberet lice pendente, intrat provisio pro
eius usu.

IN prædio Catherine, duobus existentibus fondi-
tibus seu aquæ cursibus, uno scilicet in fine
versus quoddam fossatum in notabili quanti-
tate unciarum circiter 30. Altero vero in parte su-
periori modicae quantitatis unius circiter unciae,
ista minor retroacto tempore naturali cursu fluere
consuavit in dictum fossatum seu aquam majorem,
quæ tota decurrunt ad fundum inferiorem alterius
vicini, pro usu ferraria istius deseruit; Cum au-
tem Damasus aqua pro usu ejus prædicti seu vicina
officina indigeret, atque à præfata Catherine con-
cessionem dicti parvi fontis superioris obtinueret,
ei dictam aquam ad suum prædium vel usum diver-
tere volenti, se opposuit alter, qui totius seu utriusque
aque prædictæ usu huc usque potitus est.

Hinc ora controversia coram A. C. atque admis-
sa hinc inde juris theoria, tamen circa regulam
divertere volenti assistentem, quæ circù limitatio-
nem ex opere manufacto ad servitutis probationem
resultantem, cum in fine dicti fossati adflet opus
manufactum cujusdam muri à præfato vicino in
dicto prædicto constructi & refici confueti, unde
propterè utrumque servitutis requisitum concurrebat,
Hinc punctus difficultatis restringebatur
ad applicationem, quam pro Damaso scribens, in
præsenti cum justitia fundamento cessare dicebam,
Opus etenim manufactum percudit alveum alterius

aqua

D 4